Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26352
Copyright: Admont, Benediktinerstift



20

erat inter spinas. ideo anima eiusdem filii.
amica dei patris non immerito erat inter filias.
inter omnes uidelicet electorum animas. quia
sola omnia precepta patris ex integro con
seruauit et adimpleuit. que nulla alia
quamuis electi cuiuslibet anima. conseruare
et adimplere ex toto potuit. Omnes quippe
electorum anime. ideo dicuntur filie. quia filia
li quadam dilectione dum patrem dilexerunt.
et tamen spinose erant. quia spine originalis
et actualis peccati illis inherebant. Sola
autem anima xpi contra peccatum origina
le candorem innocentie. contra peccatum ac
tuale odorem opposuit bone uite. et ideo
quia tale in se candorem et odorem habuit.
factum est per illum et cum illo. quod inuersu consequen
ti ait. qui non iniuste ad passionem ipsius refer
ri ualet. Sicut malum inter ligna siluarum. sic
dilectus meus inter filios. Per ligna siluarum.
sanctos et electos illos accipere possumus. qui ab
inicio erant in silua. hoc est in multitu
dine humani generis. nam sicut in silua ligna
quedam. preceteris alta. forcia sunt et ardua. sic